

De latinitate Claudiani poetae obseruationes.

Non de Claudiano ipso hic agitur nec de eo, quidquid est poetae 'Pierios currus laudibus innumeris lassantis', sed de Claudiano temporibus corrupti pridem eloquii ipsiusque latinitatis in extrema praecipitis 'prisca loquente', antiquum atque ingenuum linguae latinae nitorem referre conato. Quod quatenus assecutus sit ut dignoscerem, Claudiani carmina uno tenore perlegi, noua L. Ieepi editione usus, quae animaduertissem breuiter et coacte expositurus.

I. Primum omnium ad delectum uocum, quibus Claudiani oratio contexta est, considerandum intentus hoc inueni, *ὡς συνελόντι*, uoces plerasque omnes antiquas uersatoque in literis latinis notas ac suetas, et quidem easdem fere, quibus primi p. C. saeculi poetae usi erant (in his praecipue Statius), perpaucas partim in-solentiores dumtaxat, non tamen nouicias, partim prorsus nouitate quadam offendentes, prauitate uix ulla. Quorum quod priore loco proposuimus, Claudianum uocabulis uti fere uett.¹, mox accuratius demonstrabimus, interim experimento primo quoque probare poterimus. Nominum uerborumque, quae apud Claudianum exstant initialem habentia r literam ducenta undetriginta a Statii carminibus abesse uidentur 42, h. e. 18^o/_o, ab incipientium trecentorum triginta sex apud Statium non inuenimus 54 (16^o/_o), sed horum quoque sex et nonaginta maior pars apud ceteros ppA inuenitur,

¹ H. e. quorum auctores ac testes habentur scriptores antiquiores, Antoninorum, ut plurimum, aetate non inferiores, quod contra recc. insignire consueuimus omnes eos, qui inde ab Antoninorum aetate fuerunt, quorum ordinem ducunt Appuleius et Tertullianus; — pA denotat scriptores, qui inde ab Augusto usque ad Antoninos fuerunt, p poetas, sed antiquiores praecipue, ppA poetas postaugustanos. Quoties ad nostra scripta reuocamus, HA est = De latinitate scriptorum historiae Augustae meletemata, Dorpati 1870, Spicii. = Spicilegium addendorum lexicis latinis, Mitau. 1875, Scrut. = Subrelictorum lexicographiae latinae scrutarium, Reual. 1879 (Berol. Calvary). Alia scripturae compendia, ut u. c. p(aulo) pl(us), p. min., explicatioe non indigent. Asteriscum (*) adicere solemus uoci, ut indicetur, non de ipsa per se agi, sed de speciali quadam eius significatione.

omnia autem sunt uett. exceptis si forte quatuor (0,007), quae Claudianus exhibet primus. At si Prudentium, aequalem temporibus Claudiani poetam, in comparationem uocamus, uidemus eorum quae is adhibet, sec. indicem edit. Dressel. ab r et ab i incipientia 110 non esse apud Statium, et in his 42 nouicia.

Voces minus consuetas, antiquas quidem, sed raro et a singulis tantum vel binis uett., quos nos quidem nouimus, adhibitas, collegimus hasce: Vergilianas haec: Vergilianas conifer rapt. Proserp. I, 204 ramis, III 398, exsuperabilis In Rufin. II 127, Stat. s. (sed inexistens superabilis uulg.), * illaudatus i. illaudabilis Ruf. II 226, interstrepere aliq. (et Ambr. in ps. 43, 5), procubare, regificus Ruf. II 340 (imit. Val. Flaccum), de IV cons. Honor. 337, — Ouid. admugire bis, oblectamen rapt. III 162, Stat., flumineus De Stilich. cons. I 200 iter al., Stat., iaculabilis In Eutr. II 167 *talum nulli deo iaculabile*, Stat. s., * praetentare IV cons. 534 *tela solebat praetentare feris olim domitura gigantas* (Ouid. uires), recanduisse bell. Gildon. 211, — alior., Statii maxime: assibilare Stat. et Auson. ss. ll., anteuolare Phoen. 21, Sil. bis, Stat. s., cornipes abs. pro equus rapt. III 236 et saep., Sil., Stat., ut Theb. IV 271 (sed et Nemesian.), inociduus Lucan. s., Stat. bis, interlabi Gild. 346 *tantis interlabentibus annis seruati*, Stat. (Verg. in tm.), internigrare bystr. 14, Stat., interuirere Stat., populatus Luc., praesudare Stat., — proiectare Stil. I 356 missile, transl. Enn., largus VI cons. 72, Pers., Iuenc., subauratus VI cons. Hon. 577, Petr., inscr.

Porro haec quoque Claudianus non quidem noue usurpauit, imo antiquiorum auctoritate tutus, uerumtamen ea qua apud ipsum ponuntur significatione siue iunctura minus consuetas, uett. quidem, notatu utique haud indigna: dare q. facere c. acc. dupl. IV cons. Hon. 77 *cautum dabunt exempla sequentem*, ib. 354 *haec effecta dabo*; ilicet pro ilico, statim (Hand. Turs. s. u. 5) saep., ut Gild. 472 *ilicet per saxa citati ruunt*, de Olybr. et Prob. cons. 211, in Ruf. I 178, (carm.) min. I 29; iugalis abs. (sc. equus) saep., ut rapt. II 319 *uertunt emeritos ad pascua nota iugales*, III 138, Verg. et Sil. ss. ll., saep. Stat., ut Th. VI, 330; litera sing. pro literae ep. ad Olybr. 21 *crebraque fecundo festinet litera cursu libris atque animis insinuanda meis*, Stil. I 293, II 146, 295, min. I 43 al., Ou., Tib., Mart.; mos: de more VI cons. Hon. 136 *dum praedam de more parat*, in Ruf. I 345, in Eutr. II 280 al., 'p et postt.', in morem De bello Get. 44 *in pecorum morem formidine clausi*, Stil. II 189, VI cons. 6 *neque campus sollemnis et urna luditur in morem*, Verg., Hor., sine more In Eutr. II 45 *tum uates sine more rapti*, Verg.; mundus = orbis Romanus Gild. 237 *mundus germanaque dissidet aula*, cons. Mall. Theod. praef. 9, in Eutr. II 39, 539 al. (cf. HA p. 121); obliquare abs. Stil. I 289 *nunc recta, nunc obliquante carina*; ripa pro litus (maris) Gild. 243 *Maeotide ripa*, p, pA; reponere pro reddere Get. 502 *ne noua praedari cupiens et parta reponas*, de nuptt. Hon. et Mar. 304, Plaut., Hor.; reuocare, ut rapt. II 318 *currus*, III cons.

Hon. 125 *roscida reuocant electra sorores* (Phaethontis), saep. (cf. HA p. 122); subter adu. In Eutr. II 79 *subter aduantes tituli leguntur*, Lucr. Cic., super adu. i. insuper In Eutr. II 192 *quos super eumuchi fastus tulisset*, sim. Verg.; suggerere: min. XLVIII 4 *pro telo geritur, quidquid suggesserit ira* (cf. Scrut. p. 55); suspensus q. imminens Gld. 262 *quamuis proditor apportet suspensa morte salutem, nunquam gratus erit*; — et huc quidem fortasse etiam alia pertrahi poterant, translationum exempla quaedam, ut calcare transl. q. insultare saep., e. c. Stil. II 381 *famae uulnere nuper calcata togam*, III 109 *ut magnos calcel honores* (ut tamen et ppA) interdum, etiam Stat. Theb. III 208 al.), metallum (ductos mores meliore metallo), oblimare (oblimat copia mentes), praeludere (Stat., Flor.), praestruere Get. 286 et aliq., Liu., quadrifidus transl. Phoebi laborem (et Ambr. hexaem. III 14, 60 diuisio), propr. Verg. (ut transl. etiam multifidus rapt. II 15 al., sed praeeunte Val. Fl.). In summa nihil horum corrupti esse eloquii existimaueris.

Nouicia, quae apud Claudianum comparent aut primum aut (uncis quadratis inclusa) post alios recc., haec deprehendi: re-tentus, us, — mandatrix (-tor Suet., all.), [stimulator (sed -trix Plaut.)], — [expensa ICTi, Veg. mil., Quer.], — magneticus min. XXX 26 gemma, — murratus Phoen. 95 (ex emend.), post., — [praetumidus In Ruf. I, 225, Stil. III 81, Iuenc., Amm.], irreuocandus, unanimis (-us uett., et Claud. al.), — ¹⁰ bellifer, electrifer, ignifluus, multisonorus min. XXII 18 *essedata multisonora* (cod. Laur. multa sonora; cf. dulcisonorus Seru. centim.), [purificus (?)], terrisonus, — deuexior, fuerentior, properantior, stagnantior min. XXVII 38 *Aegaeo stagnantior*, — ²⁰ gemiscere, — obstrepitare, — admodulari, circumstipatus, infloruit, perdominari, persulcare Maxim. Taur., Drac., praeuelare, suberrare, [subiugare transl., ut Lact., Aug. c. Iul. VI 23, 70 et saep., Ascon., pr. Arn., Eutr. hist.], ³⁰ subterluere, subtermeare, superinsultare, translabi. Quae nec multa¹ sunt nec fere, credo, male affigurata (nisi displicet 13)².

¹ Praesertim si reputaueris, quod e. c. Statius noue habet, ut minimum, 103 uoces, quarum partem haud minimam ipsius esse figmenta non dubitauerim.

² Non conexi quae noue noster habet a nominibus propriis declinata peregrinis, ut Scoticus, Sigambria (adde Bructerus sing.), aut graeco more Arethusaeus, Briareus, Ephyreias, Hydaspeus, Mycalaeus, Phlegethonteus (nota et Sardonius Get. 218: Sardonios sinus et inhospita Cygni saxa, Verg. et Solin. herba), quin etiam a latinis graeco more, ut non modo exemplo priorum Scipiades saep., sed Anniadae, Honoriades nupt. 341, Honorias Ser. 131 Honoriades sorores (Cicerona epist. ad Olybr. 4, — Saxonia epith. Pall. et Celer. 89, Stil. II 255, — Thybridis annem Stil. II 189, sed inde rursus terminatione latina Thybrinus Ser. 17 et saep.). Ceterum Claudianus, quem Graecum si non natione, at institutione autumant fuisse, non mihi uidetur procliuior aliis ad inte-

II. Iam uero id quod maximi momenti est ad recte existimandum de apparatu uocabulorum Claudiani, ut uocibus ipsum, si pauca illas exceperis, non nisi probis et antiquis uti appareat, id ita quam evidentissime demonstratum erit, si per pleraque nominum uerborumque deriuatorum genera, censu diligentissime peracto, usu cum omnino uett. tum Statii collato, quales in quoque genere uoces apud Claudianum adhibitas inuenerimus, accurate indicauerimus. Statii potissimum usum cum usu Claudiani per omnia fere mire concinere uidebitis, id quod, etiam sicubi non diserte id dicimus, pro affirmato habendum est. In deligendis e penu Claudiani figurae cuiusque exemplis eorum praecipue, quoad fieri potuit, rationem habuimus, quae apud Claudianum exstare e lexicis nequeat cognosci.

Nullae sunt apud Claudianum uoces deriuatiuae desinentes in -tudo, -monia (-ium), -aneus, -aceus, -iceus (nisi patricius), -aster, -ensis ab appell., -atilis (H A p. 20*). .

Rarae sunt apud Claudianum uoces:

in -tio (-sio) exeuntes: 5, et quidem ambitio, proditio, ratio, seditio, statio, $\frac{1}{283}$ uett., $\frac{1}{630}$ omnium (Stat. 10); — non per se, sed pro portione plures in -io a uerb. praes., ut religio, item cognominatae illis in -sa, -ta exeuntes, ut offensa In Eutr. II 595 al., in his, ut supra uidimus, 1 recc. (ap. Stat. huiusmodi non exstant);

in -ura: 5, ut iactura, c. $\frac{1}{30}$ uett. (Stat. 6);

-ela, quae est figura omnino parum numerosa, 2: tutela IV cons. 598, querela (it. Stat.);

-o masc.: perpauca, praesertim si liquido deriuata numeramus, ut trio;

-arius: 5, ut aerarium Stil. II 145: non indecores aeraria lassant expensae, $\frac{1}{100}$ uett. (Stat. alterum tantum);

-or -ius: 3 subst., ut tentorium, praeterea uxorius, uett. $\frac{1}{35}$;

-anus ab app., ut arcaeus, notauit 4, et plures quidem, pro portione tamen non multas -inus finitas a nom. app., ut marinus, taurinus, uel uerbis, ut ruina, item paucas de paucis in -unus, ut lacuna, -enus, ut terrenus, -onus, ut colonus;

-nus mater. 3 tantum notauit: aenus, eburnus, ilignus, complura tamen alia nomina in -nus desinentia, ut dominus, -gnus, ut malignus, r-nus, ut paternus, supernus rapt. III 107 et saep., Hor., Ou., pA, -rnus, ut diurnus;

-icus: 10, ab app., ut ciuicus, aut uerb., ut medicus adi. Apon. 86, numerauit, incertus an omnes, totidem fere ap. Stat., quotam partem uett., definire nunc non possum;

xenda graeca. Quae enim et ipse frequentat, ut e. c. aula In Eutr. I 144 (opp. priuata domus), cons. Mall. Theod. 33, 164 et saep., cerastes, Eous, polus pro caelum VI cons. pr. 13 poli stellantis, III cons. 10 al., stemma, ea iam pridem usu recepta erant, rhomphaea certe recc., et proscenium adeo abusiue locutus est pro theatrum Stil. II 403, denique Dodonius, Cyrneus, Erymantheus uix graeca sunt, graeco certe carent exemplo.

-iūs denom., ut tempestius, et uerb., ut captius, 7, omnes uett., c. $\frac{1}{13}$;

-bundus: 1, tremebundus Ser. 236 al., e 44 uett. (Stat. pl.); — etiam congeneris figurae -cundus paucas habet, 5, ut fecundus (Stat. 4), sed nec lingua latina multas, eademque est ratio desinentium in -entus, ut truculentus (5), -timus, ut legitimus, -elis, ut fidelis, -ulis, ut curulis, -ox, ut atrox, -icus (-ucus, -acus), ut amicus, opacus, all., sed horum quoque omnia exempla uett.;

deminutiuae: 9 tantum eaeque forma tenus, uix notione, ueluti ancilla, flagellum, uexillum, ita ut ab hoc genere poeta consulto uideatur abstinuisse (Stat. p. pl., in quis uere demin., ut lapillus, libellus, tenellus);

uerba compos. in -facere, 6, uett. $\frac{1}{8}$, ut liquefacere VI cons. 345, tremefacere Get. 204 al., et -ficare, 9, uett. $\frac{1}{11}$, ut terrificare Stil. III 336.

Plures per se uel certe pro portione Claudianus adhibet uoces

in -tor (-sor) uel -rix desinentes: 71, exceptis tribus omnes uett., c. $\frac{1}{11}$, quarum exempla sunt int. cett. ductor nupt. 334, Stil. III 94 et saep., iactor Stil. III 26 proprii honoris, monstrator rapt. III 429, ppA, nutritor rapt. III 373 Apollinei nemoris Orontes, IV cons. 81, 503 al., pA, scr. h. Aug. (HA p. 105), portitor In Ruf. II 503 plena lassatur alno, rapt. II 359, p, procreator fesc. 2, 33 (Spicil. p. 289), uastator In Eutr. II 214 Achiuae gentis al., p, Sen., — et usus attributiui satis frequentati ap. nostr.: desertores Gruthungos In Eutr. II 399, exploratores ignes, populatrices cateruae, uenatrices pharetras IV cons 161, rotis ultricibus Stil. I 98 (Stat. 85 uoces);

in -or abstr.: 47, hoc est pro portione permultas, uett. omnes, fere usitatissimas quasque, u. c. tremor In Eutr. II 27 (de terrae motu) et aliq., uapor VI cons. 346 (liquefacta fulgure cuspis canduit) et *subitis fluuere uaporibus enses* et saep.

-tas: 23, omnes usitatissimas, c. $\frac{1}{16}$ uett.

-men: 36, uett. c. $\frac{1}{10}$, quarum exempla sunt p. min. usitata curuamen In Ruf. II 413, Ou., pA, fundamen Get. 347 al., p, lutamen Get. 138, Verg., recc., spiramen Magn. 36, p, uelamen nupt. 211 (uelamina Serum) et saep., p, pA, uolumen pr. IV cons. 538: Python implicuit fractis moritura uolumina siluis (Stat. p. pl.); — -mentum: 15, uett. c. $\frac{1}{12}$, e. c. fundamentum In Ruf. II 526 Chaos, qua noctis opacae fundamenta latent (Stat. p. min.);

-go fem. uerb. usitatissimas quasque: caligo, imago, origo, rubigo, uertigo, uorago, indago¹, denom. (in quibus suffixum -go congeneratum esse uidetur ei q. e. -aceus, -uceus): ferrugo, lanugo, uirago, uirgo, — 11 (Stat. 12);

¹ Sunt praeterea uett. remeligo prisc., tentigo, urigo, ambago (q. ambagago), compago, propago, ad-spergo (respergo Prud., spargo Venant.).

-ia abstr. ab adi. uel part. admodum multas (Stat. min.), omnes uett. ac perulgatas usu, nisi forte excipias inclementia VI cons. 445 caeli al., Verg., Stat. Th. V 173, Tac., Iust., Auien. Arat. 373 belli;

-ies finitas formas, quo in genere et ipso noui habet nihil, Claudianus plerumque declinatis ab iisdem primitiuis in -ia uidetur praefere, praeterquam quod auarities s(emel), auaritia saepius posuit, at pariter mollities et -ia ss. ll., saepius quam -ia barbaries, luxuries, materies (ut Get. prf. 15 et saep., s. materiae cons. Mall. Th. 101), constanter segnities, ut nupt. 206, et, uti uulgo solent, canities nupt. 325 et saep., congeries In Ruf. II 135 al., effigies, planities, aliasque de quarum metaplasi rara in -ia Add. Lex. Lat. p. 28; — requiem Stil. I 211: foeda requiem mercede pacisci, Get. 361, rapt. II 303 (Stat. Silu. IV 1, 9), nusquam requietem (ad Neue lat. Formenl. I 568).

-ster (-stris, -stis), ut siluester, 4, hoc est usitatorum (non compositorum) amplius dimidium (Stat. 6);

-osus: 39, uett. c. $\frac{1}{10}$, int. cett. arenosus Stil. I 337 arenosus in aestus, dolosus Stil. II 136, flexuosus fesc. 2, 12, Cic., all., herbosus rapt. I 71 herboso de uertice, Cat., p, inuidiosus In Eutr. II 554, nimbosus Gild. 497 Hyas, Verg., Ou., Plin., prodigiosus In Eutr. II prf. 12: saenit in auctorem prodigiosus honos, rapt. III 339, Ou., pA, scopulosus Gild. 512, Cic., Luc. V, 652 al. et ppA, Plin., squamosus Stil. I 263, undosus nupt. 145 crines, Get. 48: non poscimus omnes undosam seruare fidem al., Verg., Sil., Stat. S. I 5, 34 al., Solin. (Stat. pl.);

-eus mater. et sim. (HA p. 21*) notauit 49, paulo usitatorum uett. paene dimidium partem, ut int. cett. floreus ep. ad Ser. 10 certa al., p, Arn., luteus Stil. II 471, p, Sen., Plin., sidereus transl. cons. Mall. Th. 266: Stilicho sidereusque gener, Ser. 219 sidereas in ulnas et saep., ppA, spumeus Apon. 64, p, Pl., sulfureus Ap. 18 sulfureae feruida regna plagae al., Verg., Sen., Pl., uitreus (de colore aqueo) cons. Olybr. et Prob. 225, rapt. I 268 al., — aequoreus In Ruf. IV 378 et saep., p. litoreus Gild. 519: partem litoreo complectitur Olbia muro, p, funereus rapt. II 357 oppida funerei immunia leti, trnsl. Gild. 466 funereis finem positura tyrannis, p, femineus Ol. et Pr. 200: coetibus exstat femineis, In Eutr. I 336 labor, II 107 togas et saep., p, Plin., recc., uirgineus fesc. 4, 27 cruor, Stil. III 263 agmine et saep., p (Stat. 58 uoces); — praeterea alias -eus finitas a nom. propr. (ut Caesareus, quod int. uett. poetarum tantum est) 10, omnes praecunte et Statio (qui pl. habet) praeter Castoreus min. XLVII 2, Sen. tr. et Cupidineus nupt. 71 sagittae, Ou., Mart.;

in -atus participia denominatiua: praeter 1 nouic. 23, uett. c. $\frac{1}{9}$ (Stat. min.), ut lupata abs. (sc. frena) Ol. et Pr. 82 et saep., picturatus min. I 3 uolucres al., Verg., Stat., Auien. Ar. 261, uirgatus Stil. I 66 tigres, Verg., ppA (in -ans: comans, stellans), — etiam pauca quaedam -itus finita, ut turritus rapt. III 271 Cybele, B. Afr., p (usitator. c. $\frac{1}{2}$), -utus: hirsutus, -stus, ut ho-

nestus, -tum *περιεκτικά*: 5, ut uirectum fesc. 2, 31, Verg., rec. (Stat. 4);

-alis (-aris): 51, uett. c. $\frac{1}{8}$, e. c. brumalis Get. 322 sidere al., feralis rapt. III, 130 et saep. (Stat. p. pl.), — congenerum in -ilis 15, uett. partem prope dimidiam, ut anilis In Eutr. II pr. 26 anile gemens al. (it. Stat.);

-idus: 42, usitatiores quasque, omnium uett. fere dimidiam partem, ut e. c. sordidus In Eutr. I 136, tumidus III cons. Hon. 69 Euphrates, Ser. 121: luminibus tumidum micat, Gild. 293: res incompositas tumidasque reliqui al., p, Liu., pA, turbidus In Ruf. I 294 turbidus Orci ianitor, et aliq. (solidus et subst. min. XLVII 3 solidis sex emptus, ICTi, App.);

-ax, ut sequax cons. Mall. Th. 40, inueni 14, quae conficiunt usitatorum huius figurae partem paeue dimidiam (Stat. p. pl.);

deriuata a uerbis potissimum in -us, ut mergus, parcus, praesagus Get. 19 (arbor) et aliq., p, Tac., (odorus) — interdum -a masc., ut incola, conuiuia —, -mnus, ut alumnus, auctumnus, -is, ut acclinis, uel -es, ut compages, indoles, [i]s, ut coniux (e coniugis), dux, -uus (c. 20 uerb.), ut continuus, occiduus Gild. 159 occiduis Gadibus, Get. 209 et saep., p, Gell., succiduus rapt. III 153, Ou., Stat. (cf. HA p. 41*), -er[us], ra, rum uel er[is], -ris, ut puer, integ-er, cum prothesi plerumque literae c: -cer, era, crum, cris, ut lauacrum, uolucer, aut b: -ber, bra, brum, bris, ut faber, fibra, probrum, saluber (muliebris), aut t uel st, ut culter, litera, aratrum, monstrum (monere), cf. sup. -ster, -stris, — ulus (22, c. $\frac{1}{8}$ omn. uett.), ut patulus, specula, cingulum, iaculum, uel -ilus, ut nubilus, uigil, -ilis, quarum uerb., ut facilis, textilis, notauit 16, usitatorum partem haud minimam (Stat. p. pl.), demon. quoque aliquot, ut parilis; — cum prothesi -culus, a, um, ut baculus, oraculum, spectaculum, -bulus, a, um, ut stabulum, fabula, — exemplum (etiam -mulus, ut stimulus), -tulus, ut titulus, fistula, rutilus (= Rutulus), -tilis, ut fertilis, -bilis (u. inf.), — quo de genere uniuerso disseruimus in 'Die lat. Deminutive.., Mitau 1876' (Berol., Calvary), hic sufficiat dixisse, me satis amplam huiusmodi uocum copiam apud Claudianum (ut et ap. Stat.) inuenisse, neque ullam in eis, quae non esset uett.;

-bilis finitas 23 inueni, uett. c. $\frac{1}{12}$, quas tamen rarius adhibuit, ut lacrimabilis Stil. II 261, p, rec., miserabilis Gild. 99, penetrabilis Get. 278: perfidia nacti penetrabile tempus irrupere Getae, p, pA, reuocabilis In Eutr. II 488, Ou., pA (Stat. Th. I 291), p, saepius mobilis, nobilis (Stat. 47);

-scere (inchoat.): praeter 1 nouic. 49 simplices (nec computatis perfectis -ui signif. inchoat., ut canuit), uett. $\frac{3}{10}$, ut lentescere hyst. 37 cornua ignibus, p, pA, liuescere Gild. 495 (liuescat luna) et aliq., Lucr., St. Theb. IV 58, rarescere rapt. II 331: aeternam patitur rarescere noctem, p, rec., tremiscere Gild. 413, p, tumescere Pall. et Cel. 125 (matura tumescit uirginitas) al., p, pA, uirescere nupt. 86 (atria silua obstante uirescunt) al., p, pA (Stat. min.);

-tare (-sare) intens.: praeter 1 nouic. 47, uett. c. 2/11, ut pressare rapt. III 163 (cod. Vat.), Plaut., p, scitari rapt. III 248, p, sustentare propr. Apon. 48, ut Verg., Stat., Plin. (Stat. aliq. pl.).

Permultas Claudianus adhibet uoces deriuatiuas e generibus hisce:

-tus (-sus) uerbalia: c. 120, uno excepto omnia uett., c. 1/4, ut u. c. despectus trnsl. In Eutr. I 138, auct. ad Her., pA, monitus plur. Get. 429 sinistri, Gild. 217 arcanos, cons. Mall. Th. 157, Plinii, occursus In Eutr. I 123, uenatus et plur. Ol. et Pr. 187 (certis uenatibus) et saep., — non connumeratis formis in -um et -u, quae uulgo supina appellantes pro uerborum formis habent, cum sint nominum, ut defensum Gild. 377, detersum In Eutr. II 11 ire, ultum Stil. II 84 iret, nuptum rapt. I 217 dari, oratum Mall. Th. 283, dictu Stil. III 83 turpe, factu Gild. 387 utile, petitu Mall. Th. 242 digna, relatu In Eutr. II 549 turpis al., — praeteritis etiam eis -us terminatis, quae a uerb. praes. declinata sunt, ut gradus, impetus, et quae a nominibus deriuata, ut equitatus, senatus.

-ium (uel -ia) finita deriuatiua cum ea quae absque compositione aut a uerbis declinata sunt, ut studium, alloquium Stil. I 197 al., Ou., pA, insidiae, aut a nominibus, ut arbitrium, somnium, tum ea quae accedente praepositione aut a nomine aliquo deriuata sunt, ut ohprobrum (ob, probrum), iniuria, aut a uerbo, ut conubium (con, nubere), Claudianum inuenio adhibere plurima, usitatorum certe sui generis, meo quidem arbitrato, partem longe maiorem, eadem, exceptis paucis, ut u. c. discidium, negotium, esse etiam apud Statium. Praeterea noster etiam composita a nomine et subsequente uerbo in -ium exeuntia (Spicil. p. 62 u. 14) usurpat 7, nisi me praeteriit aliquod, usitatiora haec quoque, ut auspicium, primordium.

Composita adiectiua¹: ¹ praepositua amplius cen-

¹ Omne nomen compositum latinum rite figuratum proprium est adiectiuum, salua quidem potestate transeundi in ius substantiui. Constat autem e binis, a subiecto compositionis uel, ut barbare loquar, primiuerbio, quod adiectiuum aut per se est, aut fit declinatione e substantiuo uel uerbo, et ^b aduerbio praefixo illi, quod plerumque est praepositio aliqua (con, per, prae., dis., in priu.), nonnunquam autem declinationem aliquod aduerbiale, ueluti tri-, male-, alti-. Primiuerbio, si per se adiectiuum est, aduerbium praefigitur eadem ratione qua praepositio uerbis, ita ut primiuerbiu[m] potestatem suam reservans integram in compositione retineat et terminationem, ueluti dis-par, in-docilis, armi-potens, et huiusmodi composita praepositua dicere poterimus. Sin primiuerbiu[m] e substantiuo deriuatur aut uerbo, adiectiui dum potestatem induit formam quoque recipere solet declinata terminatione in -us, ut in-hospit-us, pacificus (facere), in -is, ut inermis, rebellis, -[i]s, ut discors (e discordis), -ius, ut egregius, suffixo tamen nonnunquam abiecto, ut discolor[is], aliger[us], interdum etiam terminatione substantiui manente, motionem dumtaxat per genera recipiente, ut commodus, a, um (cf. Spicil. n. 38). Et hoc alterum compositorum genus, nisi quid nostri rectius, composita figuratiua interim dici patiaris, quae

tum, quorum septem tantum nec apud Statium nec apud Augustei aequi poetas uidentur exstare, proba tamen sunt et ipsa et, exceptis forsitan 2, antiqua, ut intectus Pall. et Cel. 28 intecta papillas, Sall. fr., Tac.; — ceterorum exempla sint accommodus IV Hon. 327 fraudi uallis, Verg., Stat., Lampr., recc., insuperabilis Gild. 459 caput insuperabile rerum, Verg., Ou., pA, intemeratus Stil. II, 87 intemeratorum stabat reuerentia fratrum, Verg., Tac., ppA, obuncus (uncus, a, um) Gild. '470' obunco morsu (aquila), Verg., Ou., belipotens 'III Hon. 144', p; —

² figuratiua: paene 160, e quibus si pauca illa, quae nouicia esse uidentur, segregaueris, duo tantum neque apud Statium neque apud aureae aetatis poetas inueniuntur, criniger Get. 481 Getarum curia al., Luc., Sil., Iuenc., morigerus min. XXII 1 morigeras Rhodani alumnas, Plaut., Lucr. (Spic. n. 61); ceterorum exempla sint denom. aequaeus VI cons. 547 principis et saep. (4 -aeus), Verg., pA, inglorius In Ruf. I 141 al., insomnis In Ruf. I 38 curae al., seminex In Ruf. II, 65 in unda mergi seminecem, p, Liu., — uerb. fumifer Apon. 36, Verg., Luc., Sil., St. Theb. VIII 467 (-fer $\frac{1}{5}$ uett.), laniger Ol. et Pr. 180: frondea lanigerae carpentes uellera siluae al., lauriger III cons. 12 triumphos al., liniger IV cons. 573 sacerdos (Aegyptius); — ger pl. $\frac{1}{4}$ uett.), terrigena rapt. II 167 uiros, abs. = Σναρτοί Stil. I 323 al., = Gigantes rapt. III 351 (4 -gena, cf. Spicil. n. 67).

Verba denominatiua in -are, cum nonnullis in -ire — et paucioribus in -ere, ut flauere rapt. I 126 al. — c. 270 (ab adi. amplius 100), omnia, excepto 1 nou., uett., omnis summae (computatis et eis, quorum participia tantum exstant) c. $\frac{1}{5}$, usitatorum autem forsitan $\frac{1}{4}$; exempla apponimus: acerbare In Ruf. I 182: exiguum stimulando uulnus acerbat al., Verg., ppA, asperare In Ruf. II 128 (uallum sudibus) et saep., Varr., pA, celebrare, u. c. In Eutr. I 472: celebrate tribunal pro thalamis, fucare Stil. II 136 fucata genas al., gelare trnsl. In Ruf. II 131 stetit ore gelato, ppA, glomerare In Ruf. II 461 commotae glomerantur apes al., p, Tac., lassare Stil. I 23 Pierios currus laudibus innumeris al., p, pA, lymphatus In Eutr. II 45 pectora, p, pA, manifestare Apon. 74 quod manifestat odor, Ou., Stat. Th. II 389 al., Iust. (Scrut. 22), nigrare intr. Ol. et Pr. 42 nigrantibus antris al., Varr., p, secundare Stil. II 364 incepta, p, Tac., Iust., Vop., soporare rapt. I 282 soporatis linguis, pA, uastare rapt. III 168 (uastata pascua) et saep. (33 desunt ap. Stat., qui p. min. habet).

Verba praepositionata: deductis, quae inter nouicia rettuimus, c. 820 (cum ap. Stat. inuenerim 1055), quae forsitan conficiant quintam fere partem uett., int. cett.: abuti Gild. 267 in tempus abusi mox odere, asseruare (alicui In Eutr. I 448 Eutro-

sunt partim denominatiua, ut longaeus (aeuum), iners, partim uerbalia, ut naufragus (frangere) Get. 345 al., impune. Denique non est quod moneam, aduerbium quod dicimus in compositione partium uocabuli non prorsus esse idem, quod aduerbium in compositione partium sermonis.

pio fasces asseruabantur), desaeuire In Eutr. I 182 in omnes, effultus In Ruf. II 135 effulta columnis atria (imit. Stat. Th. I 145), exarnare trnsl. min. XXVIII 4 exarnatum terris cingentibus ae-
 quor, Stil. III 353 al., exundare In Eutr. II 18 quo . . . exundat
 fons ille mari, pA, infremere In Ruf. II 385 uox desuper ingens
 infremuit al., Verg., ppA (ut et Luc. I 21, St. Ach. II 181), inge-
 minare Get. 21 quamuis (poetae) uariis miracula monstribus ingemi-
 nent, rapt. III 70 al., Verg., Ou., Val. Fl., Stat. Th. VII, 400 al.,
 innectere In Eutr. II 493: quoscunque Prometheus excoluit mul-
 toque innexuit aethera limo, in Ruf. I 315 moras et saep., p, pA,
 insonare c. acc., ut Verg., VI cons. 625 uerbere signa, Stat. S. II,
 7, 114, interiacere c. acc. In Ruf. II 39 quae Ponti aequor et
 Hadriacas tellus interiacet undas al., Plin., Aus., interserere nupt.
 157 uiolis algas al., Lucr., Ou., Nep., pA, intumescere fesc. 2, 32
 al., Ou., pA, obluctari cons. Mall. Th. 104, Verg., pA, obticuisse
 Gild. 128, Ter., Ou., Mart., recc., obtrudere In Eutr. I 41 foedum
 ignaris obtrudere munus, com., recc., perlegere i. animo perlu-
 strare rapt. III 165 desertos toros al., p (et Stat. S. V 1, 210 al.),
 pernegare cons. Mall. Th. 76, praecurrere Gild. 195, praetendere
 Get. 332 et saep., remoliri In Eutr. I 195 claustra, Ou., pA, re-
 mordere Get. 302 me cura, p, Liu., transgredi transl. IV cons. 51.
 Verborum declinandi formas insolentiores, nec tamen singulares no-
 tauimus: insignibat rapt. I 248, Verg., Stat., lenibat In Eutr. I
 84, Verg., insilii (Liu.). Datiuum 4 decl. in -u exeuntem Claud.
 habet In Eutr. I 131: tantone libet mortalia risu uertere, nupt.
 50: inuius humano gressu, ib. 130 (ad Neue F. L. I, p. 357).

III Verum enimvero tempori ac consuetudini tanquam naturae
 repugnare durum est, nec facile τὰ ἐπιρρόσυμα exsuperabis. Quan-
 tumuis sedulo doctus poeta nouicias fugerit uoces, significatio-
 nes tamen nouellas uocibus quasi temporum sedimina accretas,
 tunc iamdudum assuetas plane eluctari non potuit, neque omni
 omnino temporum illuue sermonem suum immunem ac purum
 praestare.

Sed priusquam consuetudinis recc. quae in uocabulorum usu
 Claudianiprehenduntur uestigia perlego, ea componere placuit,
 quae possunt uideri esse poetae significationes uocum dictio-
 numne, dum suo quodam quasi iure poetico plus minusue abutitur,
 siue priorum exemplo siue ultro pro arbitrio licentius figurantis ac
 uariantis, ueluti ^a familiari ipsi adiectiui pro substantiuo
 usurpatione, ut pro mare exemplo Verg. et Ouid. dicit profundum
 nupt. 168 *bacis . . . rubro quas legerat ipsa profundo* al., uel En-
 nii exemplo caerula, ut Mall. Th. 182 *desueta uetus tentabo cae-
 rula uector*, rapt. II 3 al., post alios porro opima IV cons. 632
Odothaei regis opima rettulit tibi, Gild. 343 al., culta Ser. 70 *per
 pinguia culta*, Gild. 110 al.; — aut ^b metonymia adhibita, ut
 officia pro ministri VI cons. 523 *officiis trepidantibus*, Tert., Lact.,
 Treb.; — aut ^c uerborum cum praegnantia quam grammatici nostri
 dicunt usurpatione, ut cum Gild. 513 *Insanos infamat nauita
 montes* dicit pro: infamans eos appellat; — aut, quae iam esse

uidentur sensus linguae obtusioris atque errabundi, ^d confinium (quae nos Wechselbegriffe, ut sunt ipse et solus, appellare solemus) inter se permutatione, ut cum conubium pro nuptiae ponit Stil. I 3 *conubii festiuos cantus* al. (at, credo, non primus, cf. Stat. S. III 3, 110 al.), ac proinde carmen conubiale IV cons. 651 (cf. Stat. Ach. I 101), uel ^e praepositionum in compositione uerborum quadam enallage minus rationali (cf. HA p. 52 sqq.), ut affirmare pro confirmare i. rati habere rapt. III, 304 (quaesita manu securus habeto:) *quisquis es, affirmo praedam*. Horum omnium insolentiae cuiusdam in uocum usu modorum exempla infra descripsimus:

^a conuexa pro caelum rapt. II 91 *medio patent conuexa sereno*, in Ruf. II 454, Stil. III 190, VI cons. 542 al., non quidem prorsus noue: Verg. conuexa coeli, supera, cf. Stat. Th. X 501 et Lact. ad l.; Romana = res Romanae Gild. 242 *dubio stabant Romana sub ictu*, = terrae Rom. Sen.; curulis abs. meton. pro consulatus In Eutr. I 26, Mall. Th. 260 et saep., magis proprie curulis abs. Tac.; nocens prors. subst. usque ad assumptionem adiectiui In Ruf. II 198 *ignauo tantum licuisse nocenti*, cf. 317; it. deuia rapt. II 168 *latebrosa deuia*; cf. porro IV cons. 411 successus superant aduersa Catonis, ib. 78 noua moliri praeceps, cf. Gild. 300, IV cons. 34 uasta Aethiopum, in Eutr. II 578 Asiae uberrima uasant.

^b Aurora saep. pro oriente, terris orientalibus: III cons. 69 *gentes remotas colligit Aurorae*, in Ruf. II 100 *discors Aurora* i. imperium orientale, in Eutr. II 527, IV cons. 130, Gild. 60 sq. (nota et Eoas persaepe dici terras resque orientales: Gild. 226 urbi illapsus Eoae, i. Constantinopoli, in Eutr. I 154 rebus Eois exitio al.), it. Triones pro regione boreali, uti IV cons. 474 *gens qua non Scythicos diffusior ulla Triones incoluit*, III cons. 205, Stil. I 217, ubi sic et Boreas; Triton pro lacu Tritonis Mineruae sacro IV cons. 36 *uirgineum Tritona bibit*; — candor pro ardor IV cons. 195 al., ‘Hyg. astr.’, canduisse pro exarsisse (Col. aqua candens); — proluuies pro esuries i. homo auidus In Ruf. II 499 *insatiabilis auri proluuies, pretioque nihil non ause parato*; — saecula pro genus humanum, homines (cf. usum uocis Lucr.): Mall. Th. 191 *foedo deterres saecula uictu*, in Ruf. II 208 *uno si placuit deleri saecula lapsu*, ib. 473 *huc post emeritam mortalia saecula uitam deueniunt*, Stil. II 11, Ser. 55 al.; — tenor: Gild. 206 *uestrum uis nulla tenorem separat* ‘i. e. mutuum nexum Romae et Africae’; — uirginitas: in Eutr. I 329 *Troianam sola Mineruam uirginitas Vestalis adit*, Amm.; — consanguineus: Gild. 286 *ne consanguineis certetur cominus armis*, III cons. 154 al. (cf. germana aula Gild. 237); al. hystr. 24 *consanguineis hastilibus asperat armos*, et sic Stat.; — enervatus q. castratus (Vict. epit.); — dimittere pro relinquere in Ruf. II 394 *fera quae montes nuper dimisit auitos*, cf. Gild. 522; — sudare saep. pro cum sudore i. labore facere., quam metonymiam quadamtenus praeiuerant Sil. et Stat., ut nupt. 111 *quae proelia sudas?* (cf. Prud.

Cath. II 76: sudauit impar proelium), IV cons. 525 *cum Threicia primum sudaret in hasta*, rapt. II 16 *sudata marito* (Vulcano) *fibula* et sic al. (cf. labore Cyclopum sudatus thorax Sil.), Stil. III 94 *Lingonico sudatas uomere messes* (cf. Sil. III 92 sudatus labor, sim. Stat., qui et Th. X 526 sudant claustra remoliri), atque ita sudor In Eutr. II 395 *me petit hic sudor* (cf. Stat. Th. III 404 al., sed sim. et antt.), desudare In Eutr. II 602 *una pro gemino desudet cardine uirtus*, M. Th. '11' desudatis iudiciis al. (cf. St. Theb. III 277), insudare Stil. III 364 *acres insudant tonsis Satyri* (cf. St. Silu. III 1, 126); sudare al. (metaph.) q. scaterere Ser. 62 *Illyricis sudant equitatibus alae*, al. synonym. horrere IV cons. 655 *crinitus tuo sudabit fasce Sueuis*, (ultima fraternas horrebunt Bactra secures).

^c acclamare qm pro alloqui cum clamore: In Ruf. II 317 *talibus acclamat dictis infame concilium*, reluctari ib. 354, et huc referri poterat etiam, salua metonymia, sudare, possuntque haec quoque: IV cons. 540 sq. *molles . . sinuare fugas . . aut subitos flexisse recursus*, quod sic resolveris: fugas facere sinuantem uel in modum sinuum, recursus facere subito se flectentem, eodemque modo ib. 462 *curuare sinus*, min. XIX 27 *mille uias retorque*, — in Eutr. I 196 sq. *quidquid se Tigris ab Haemo diuidit* h. e. quidquid (interualli) efficit se diuidens ab H., et in hunc modum Gild. 158 *quod Nilus et Atlas dissidet* (al. Prop. I 12, 4), ib. 160 *quod Paraetonio secedit litore Tingis*.

^d alternus pro uterque: III cons. Hon. 58 *utroque sub axe* (et calido et frigido) *Tethyos alternae refluxas calcauit arenas*, cons. Mall. Th. pr. 16 *contulit alternas Pythius axis aues*, cf. rapt. III 379, Get. 567.

^e indignari pro dedignari IV cons. 560 *Pegasus Bellerophontean indignaretur habenas*; — remittere pro permittere Stil. II 37 *occulto saeuire uetat, prodesse remittit*; — respectus pro aspectus rapt. III 149 *non exspectato respectu cladis* (Ceres) *amicus conscidit*¹.

^f Alia praeterea noue, ut uidentur, usurpata, quae existimari potest Claudianus ipse sibi indulsisse, sunt:

gemi pro duo (non ambo): Gild. 250 *librauit geminas uires* (pugnantium); — madidare intr. (Venant. quoque cit. De-Vit; cf. trepidare, uiridans, roscidare Ps. Aug. serm. 170, 1); — parens i. pater (non alteruter parentum, sed opp. mater) Gild. 128 *mater Cythera parensque Mauors*; — patrius = gen. obi. Gild. 393 *patrias in pignora* (filios) *contulit iras . . obtruncat iuuenes*; — praepos. per 'an . . vorüber' Get. 605 *miles per uarias uestes one-*

¹ Etiam simplex pro composito communi poetarum ritu Claudianus quoque saepius ponit, ut u. c. ferre pro referre Stil. II 348: iam creuerat infans ore ferens patrem, uertere pro euertere In Ruf. II 53: imperium..proditor unus iners Augusto tempore uertit, temnere Get. 647 al., alia, — hisque adiungimus ludere in qm pro illudere cui In Eutr. I 230: in miseris leges hominumque negotia ludit.

rataque plaustra metallo transit (. . et caedis auarus contemptas proculcat opes), trans Gild. 274 *ductos Camillus trans murum pueros obsessae reddidit urbi* (nempe non transscenso muro);¹ — restituere aliquem In Eutr. II 589 *sic mihi* (dat. eth.) *restituunt populos*; — reus attrib. Stil. I 362 *fracturum reos humili sub iudice uultus*; — semel pro primum Get. 170 (frigida ter decies Aemum tendit hiems uestire gelu, . .) *ex quo gens haec . . Istrum transuecta semel uestigia fixit Threicio funesta solo*; adde bis pro bis tantum cons. Mall. Theod. 23 *ipsa haec amplissima sedes orantem stupuit bis laudatura regentem* (de recc. in numerabilibus diuersa temere miscentibus cf. HA c. II 7; — et forsitan huc pertineant haec quoque: Gig. 82 *tunc* (Mauors) *ense Pelorum transigit aduerso . . atque uno ternas animas interficit ictu*, cf. rapt. I 15 *ternis Hecate uariata figuris*, Verg. binae aures, bina hastilia, Gild. 104 *quid mihi septenos montes turbamque dedidisti, quae paruo non posset ali?*, VI cons. 617); — stringere transl. Gild. '372': quaecumque meo gens barbara nutu stringitur; — tractus rapt. III 242 *ut rauco reduces tractu detorsit habenas* (de sono uenti curru Plutonis excitati interpretantur), al. Get. 23 *insopitis refusum tractibus* (i. spiris) *anguem*; — pro graecismis forsitan habenda: congesta mens rapt. I 4, *πικρὰν γοῦνές*; subsistere In Eutr. 'II 368': nec tantis unum subsistere posse periculis (*ὑποτασσάσθαι*); succumbere q. se prosternere (*ὑποκλίνας*) In Ruf. II 153 *succumbere poscit cuncta sibi*, ib. I 195 priuato regno, in Eutr. I 507, nupt. 194; summus (ut *ἄρκος*) pro extremus local. rapt. I pr. 6 *litora securo tramite summa legens*, Phoen. 1.

IV. Denique e consuetudine sequioris magis latinitatis haec Claudiano, quamuis strenuo antiquitatis iudici, uidentur obrepisse:

actus i. actum, res gesta: Gild. 291: ut sileam mecum quos gesserit actus, Stil. I 14 ueteres actus, cons. Mall. Theod. 145, Plin. min., Minuc. 36 al., Lact., scr. hist Aug. (HA p. 136), postt., e. c. Salu. gub. Dei III 88 al.

alius pro alter: In Eutr. I 397 *discors Oriens felicibus actis inuidet atque alio Phoebi de cardine surgunt crimina*, qua de abusione recc. magis cf. HA p. 66 et Melanges gr. rom. de l'Ac. de St. Ptsbg t. III, p. 595 sq., add. Scrut. p. 29.

breuis q. exiguus Stil. I 42 *nil breue moliri*, Gild. 107 *breuior duui* (Roma) *securius acuum*, Get. 220 al., ac proinde breuitas min. XLVI 11 *doni* (HA p. 128, Scrut. p. 36).

¹ Praeterea de praepositionum usu Claud. (de quo cf. et sup. p. 587 s. u. mos) notauimus: ad post Gild. 230 *o mihi post Alpes nunc primum reddite*, in Eutr. I 46 (cf. Hand. Turs. s. u. II 4; plura nos proxime al.), ad sub Stil. II 154 *clari quod sub te gesserit olim admonitum facti*, ib. 203 *sub tot principibus quaecumque amisimus et sic al.*, qui usus magis est posteriorum quorumque; ad in Gild. 236 *in fratres medio discordia Mauro nascitur*; adde ad = 'während, auf. . . hin' In Ruf. I 165.

conuenire qm: VI cons. 387 *tua te benefacta morantem conueniant* (Scrut. p. 38 sq.).

deferre (Scrut. p. 39 sq.): Stil. III 195 (quod adhuc nullo potuit terrore subacta libertas Romana pati) *Stilichonis amori detulit*.

discere: In Eutr. I 32 *Libyae si discis arenas* (Scrut. p. 54 sq.).

dissimulare c. inf. q. recusare, nolle In Ruf. II 164 *si dissimulas nostrae succurrere morti*, Hier. c. Joann. 18, all. postt.

diuersus: Stil. II 102 *diuersos tecum cinguntur in usus* (cf. HA p. 151).

hucusque temp.: in Ruf. I 267 *hucusque minatus haerebat*, cf. Scrut. p. 65 sq.; adiungimus nuncusque Gild. 256 *germani nuncusque tui responsa colebat; en iterum calcat*, Amm. XXVII 7, 5 al., abusque In Eutr. II 103 *flauis Gradivus abusque Gelonis arua cruentato repelebat Thracia curru*, Verg., Tac., Solin. 4, 1 Tarto, App., Amm., Vict. Caes. 16, 11 al., inusque temp. min. III 6 *aeternas itur inusque moras*, local. Stat., Solin., Auien., Vict. Caes. 33, 3.

iterum pro denuo, rursus (id quod ad III, d pertinere dicas): In Eutr. II 403 *his dictis iterum sedit*, Gild. 256 (sup. ad nuncusque), Stil. III 112 (purosque probet damnetque nocentes) *et patrias iterum clemens exerceat artes*, II 389 al., Spartian. Iul. 2 *absolutus iterum ad regendam prouinciam missus est* (iam tres deinceps rexerat Iulianus), id. Seu. 14, 7 (cf. Hand. Turs. s. u. II 2).

merere pro assequi: Stil. III 181 *Roma gaudebat, quod te meruisset ciuem*, II 99 *id negas solum. . . quidquid fuerat deforme mereri*, rapt. II 287 *semperque tenemus, quod superi meruere semel*, Gild. 28, in Eutr. I 311, IV cons. 17 al. it. promerere nupt. 175, cf. Scrut. p. 45 sqq.

ne interrogationi obliquae impositum: in Eutr. I 36 *medicum dum consulit emptor, ne qua per occultum lateat iactura dolorem*, rapt. III 144 sq. *sic aestuat ales. . . et plurima cogitat absens, ne gracilem uentus discussit arbore nidum, ne furtum pateat homini neu praeda colubris*; cf. Scrut. p. 64.

*necum pro nondum: Gild. 30 *Tarpeias si necdum respuis arces*, in Ruf. II 206, Ser. 119, in Eutr. I 311, II 24, 112, Stil. I 119, 380, II 287 al., cf. Scrut. p. 64 et 11*.

nescire (de rebus) q. non ualere cum inf.: in Eutr. I 423 *tenero tractari pectore nescit publica maiestas*, Iun. Philos. 5 et 7 (cf. nosse c. inf. Scrut. p. 22 ann. et 48).

nimum q. ualde, more recentioribus magis frequentato, saep., u. c. Stil. II 55 *nimum fideles fama putat, qui. . . maluerint commissa reddere*; nimius sic III 306 (HA p. 116 sq.).

numerosi pro multi (zahlreiche): Gild. 259 *in tuam sortem numerosas transtulit urbes*, min. V 58, Eutr. hist. amici, Veg. mil. III 1 *numerosis animalibus*, et all. recc.

pariter pro communiter, simul: III cons. Hon. 147 sq. (quid enim per proelia gessi te sine?..) *Odrysium pariter Getico foedauimus Hebrum sanguine, Sarmaticas pariter prostrauimus alas*

Rhiphaeaeque simul fessos porrexiimus artus in glacie al.; cf. HA p. 153, ubi exemplis add., si tanti est, Ian. Nepot. 15, 10 *Massilienses tres pariter manumitti uetabant*, S. Ruf. 10, Vict. Vit. pers. Vand. I 10, 33 al., Greg. hist. Franc. II 41 et saep.

pignora saepe = filii, non pro filiis, ut iam uett. loquebantur, metonymia usi, etiam ceteros affectus, ut coniuges, parentes, complexa (in usque Tertulliani aetatem, ut ad natt. II 9 intelligitur), cuius usus multa exempla collegit Cort. ad Luc. II 370: in Eutr. I 222 *quae pignora tantis succedent opibus?*, 74, Gild. 310 *respice fratris conubium pignusque meae regale Serenae*, 393, rapt. III 116 *custodia cari pignoris*, 318, cons. Ol. et Prob. 143, in Ruf. I 230, III cons. Hon. 152, Ser. 113, 165 al.

plus pro magis: Stil. II 313 *plus ideo sumenda tibi fastigia iuris, ne percat tam priscus honos*, in Eutr. II 562; cf. plus formosus Nemes., passio plus acuta Cass. Fel. 47, plus crassiorem Pl. Val. III 23, et sexcenta talia in inf. lat.

praecipere pro iubere In Ruf. II 219 *parcere praecipit hosti*, cf. Spicil. p. 289, add. App. Met. II 5 in., et saep. *praeceptum* i. iussum, ut In Ruf. II 202 *praeceptis obstare timet*, rapt. I 227 *accelerat* (i. celeriter implere studet: III, c) *praecepta Venus*, III 204, IV cons. 237 al., Stat. Ach. I 598.

prodigialis trnsl. In Ruf. II 434 *caput* (Rufini), Amm. res.

proelium pro bellum: Stil. I 329 *neglectum Stilicho morem rettulit, ut ducibus mandarent proelia patres* al.; uid. HA p. 147, cf. Petr. 89, Sidon. ep. I 1 *maiores nostri proelia, quibus nihil est foedius, bella* (i. e. res pulchras) *dixerunt* (. . pari contrarietate fata, quia non parcerent, Parcas uocitauere).

promouere aliquem: Stil. II 158 *nec quos promoueris alto turgidus alioqueris fastu*, Lampr. Alex. 34 *quos Heliogabalus et in consiliis turpibus habebat et promouebat*, 42, 4, 46, 1, id. Hel. 20, 3, Capit. M. Ant. 6, 7, Treb. trig. 10, 14, — promouere qm ad qd Curt. ad eum gradum Suet., Plin. ep., Capit. M. Ant. 29, 1.

quanti pro quot: in Eutr. I 33 sq. *quot ille mutauit tabulas uel quanta uocabula uertit*, rapt. II 308 *quanti iuuenes, quantae . . matres*, Ser. 212 *quantae lacrimae*, III cons. Hon. 126, cons. Mall. Th. 69 al., tanti pro tot: in Ruf. II 91 *tantis lacrimis*, I 224, 249 al., cf. Scrut. p. 51.

quilibet relat. Gild. 281 *quaslibet ad partes animus mutauerit anceps, traducit secum Libyam*; cf. Scrut. p. 52.

quisque pro quilibet uel quisquam: In Ruf. I 224 *si semel a tantis poscenti quisque negasset*, (effera praetumido quatiebat corda furore); quicumque indefin. exstat Ol. et Prob. 133.

reformare pro reparare, restituere Phoen. 25 *emeritos artus fecunda morte reformat*; cf. Scrut. p. 52 sq.

refundere pro reddere, restituere min. VII 10 (quas fallacis collegit lingua parentis,) *has eadem nati lingua refundit opes* al., cf. Scrut. p. 53.

reluctare: 'rapt. I 42' *reluctatus pass.*, App., Coripp. Ioh. II

234 *aduersos reluctat* (Romana acies) *prendere colles*; cf. *remensus pass.* VI cons. 302 al., *Lucr.*, *Verg.*

reuerentia q. pass. (Ehrwürdigkeit): In *Eutr.* II 73 (femina cum senuit retinet conubia partu,) *uicorisque decus matris reuerentia pensat*, cf. *HA* p. 148.

solacium synon. *auxilium*, *adiumentum* In *Eutr.* II 355 *qui tantis darent solacia morbis*, *Aug.* et *postt.* (Z. f. österr. *Gymn.* 1873 p. 342); *solaciari* sic, uide 'soulager', *Spicil.* p. 314.

suspectus act. IV cons. 278 *neu dubie suspectus agas, neu falsus amicus rumorumue avidus*, cf. *HA* p. 51 et 53, *Scrut.* p. 14* (pass., ut uulgo, *rapt.* III 208).

triumphare trans.: in pass. III cons. 25 *signa triumphato quotiens flexisset ab Istro* al., cf. *Neue FL* II p. 259, ubi add. *Stat. Theb.* VII, 181 (*triumphatos Indos*), *Flor.* IV 2, 20, *Iust.* II 14, 12, *XLI* 1, 5' (*addiderat Wiedemann Philol.* 1867 t. XXVI p. 726), *Vop. Aur.* 33, 2, et ad act. c. acc. *Maxim. Taur.* serm. 48 *ut diabolum Dominus iusto certamine triumpharet*, *detriumphare* qm *Tert. apol.* 27 ex.

tyrannus i. *affectator imperii*: *Gild.* 6 *patriis solum quod defuit armis, tertius* (post *Maximum* et *Eugenium*) *occubuit nati uirtute tyrannus*, 466, *Stil.* I 140 al., cf. *HA* p. 44 sq.

uel pro et: in *Eutr.* I 218 *Pharos Augusto iacuit uel Creta Metello*, *Get.* 131, VI cons. 555, 657, *Pall.* et *Cel.* pr. 6, cuius *abusio* olim collegimus exempla *Tert.*, *scri. hist.* *Aug.*, *Lact.*, *Aur. Vict.*, *Sulp. Seueri*, all. (*uid. Spicil.* p. 283).

V. Reliquum est, ut pauculas quasdam observationes proferam ad syntacticum usum Claudiani pertinentes. Quas ita satis commode conuexero, si quae enotata habeo per artis grammaticae cuiuslibet paulo uberioris, ut puta *Kuehneri* (tom. II *Hannov.* 1878), *paragraphos* ut *aduersaria* ad eas digessero:

ad *Kuehneri* l. 1. § 6 et 127, 5 (*Zumpt.* gr. lat. § 379 et 607): *prouehi* c. inf. et nom. *praed.* IV cons. 154 sq. *inter cunabula consul prouehere*; *cantari* pers. c. inf. In *Eutr.* I 290 *Oedipodes matrem, natam duxisse Thyestes cantatur*, *decerni* *rapt.* 'I 217': *Tartareo nuptum Proserpina regi iam pridem est decreta dari*. Cf. *Capit. Maxim.* et *Balb.* 16: cum . . ne *Maximus* quidem contra *Maximinum* *pugnasse doceatur*, sed *resedis* apud *Rauennam* . . , 5: *praefectus urbi prudentissimus approbatus est*, *Vop. Car.* 11: *uersu talis fuisse praedicatur*, ut omnes *uicerit*, et alia *recc.* *Spicil.* n. 37^a, *Scrut.* p. 22. *Constructionis* c. *dupl. acc. subi.* et *praed.* exemplum est notatu dignum In *Eutr.* II 69 *famulum dignatur regia patrem*.

ad *K.* 70, 3 (*Z.* 383): *cunctari* aliquem uel, *praeunte Stat.*, aliquid (*loci sunt ap. K.*), *remigare* alnum *rapt.* 'II 78', *triumphare* sup. IV.

ad *K.* 72, 3 (*Z.* l. l.): *accus. obi. effectiui* exempla sunt *int. cett.* *effluere decus Ol.* et *Prob.* 52 *quantum stagna Tagi . . effluere decus*, *spirare sulfur* *rapt.* I 155, *Verg.* *ignem* (cf. III, c).

ad *K.* 70, 4 (*Z.* 386): *peruenire* c. acc. *Get.* 74 *nec peruenere*

iuuentae robur Aloidae, Catull., Ou., Curt. Cf. Solin. 11, 31: Italiam aduectus est, Verg., Tac., It. Alex. 86: annem Polytimeum adfuere, Amm. XXV 4, 14: ut..difficultates superstaret immensas, al. Ou., Stat.; App. mag. 50: si perniciosa illa dulcedo uenis omnibus peruasit, cf. Met. X 24.

ad K. 76, 9 sqq. (Z. 415): adesse loc. c. dat. Stil. I 116 *assiduus castris aderat, rarissimus urbi*; adspirare In Eutr. I 464 *cunuchi flabella perosi aspirant trabeis*, Verg., Stat. Th. XII 197, Val. Max.; aduigilare stupris, uallo, Tib., Manil., Stat.; conflagere Ser. 229 *gentibus*, in Eutr. I 411 *tuis armis*, Lucr.; defluere In Eutr. II 283 *aurea defluxit capiti turris*; — degenerare (patri Achilli), Manil., Stat. Adiungimus datiuu poetico ritu terminatiue, ut quidam dicunt, instar in, ad c. acc. (ut: it clamor caelo) uerbis iuncti exempla (cf. K. 76, 6, f, g): In Eutr. II 505 *procedere Alpibus*, rapt. III 380 *campo recumbunt* (sc. arbores caesae), Verg., Hor.¹, in Eutr. II 439 *cumulis immanibus aggerat undas*; — adiungimus porro: ib. I 127 *culinae caedere ligna*, II 410 *assiduus ludis*.

ad K. 77, 4, b (Z. 422): Get. 225 *iam oneri creduntur opes*.

ad K. 83, 3 (Z. 423, n. 1): Ser. 26 *terrae pelagique labores*.

ad K. 85, 2, a, e—g, l (Z. 436 et 438): abundans IV cons. 113 pietatis, in Eutr. II 381 corporis, Lucil., Nep., Manil., callidus rapt. 'II 11' callida uoti, munificus IV cons. 500 laudis, timens Gild. 17 exitii; K. 85, b, c regesta sunt: ambiguus uitae (Tac.), audax animi (Lucr.), exiguus animi, facilis frugum, grauior morum, segnes operum puellas (Tac.), uictus animi.

ad K. 81, 14 (Z. 452): superbire c. abl. Gild. 73 sq. *uulgi fletibus* al., Plin.

ad K. 81, 10 (Z. 456): magno (sc. pretio) constr. c. petere cons. Mall. Th. 147 *melius magnoque petendum credis* (in abstrusa rerum ratione morari?), pacisci c. abl. in Eutr. I 199 *hic Asiam uilla pactus regit*.

ad K. 81, 7 (Z. 460): undare trnsl. c. abl. rapt. III 25 *undaret neu silua fauis*, Ser. 71 diuitiis al., Val. Fl., Sil., exundare IV cons. 550 *anhelantes exundant sanguine gemmae* (i. frena gemmata), — germinare Stil. III 290 *frons germinat auro* (aureis cornibus); adiungimus etiam, ut abundantiae notionem quandam inuoluens, gemere rapt. I 205 *uesana misto concentu delubra gemunt*, II 8, in Eutr. I 178 *exsulibus campi gemiscunt Aethiopum*.

ad K. 80, 3 (Z. 468): in Eutr. II 189 *principe cum largo ueniat* (quas inde reportet diuitias.. requirit) Gild. 249 *turbaque reductus librauit geminas euentu iudice uires*; cf. Capitol. M. Ant. 13: retardatus bellica profectioe.

ad K. 210, 4 (Z. 507): dum c. con. temp. hist. (q. pro cum)

¹ Cf. prosternere terrae App. Met. IX 37, Capit. Maximin. 17: iaciebat se in parietes, nonnunquam terrae se prosternebat, cl. 14, 2: se terrae adfligentem, App. M. VI 27: eam protinus adplodo terrae; — Marc. Emp. 299 BC: papaueris capita . . uasi fictili conciciuntur.

in Eutr. II 413 (exercitus . . multum priori dispar . .) *Thracum qui ferre pruinas, dum Stilicho regeret, . . sueuerat*, Gild. 306, 'Gig. 101'. Cf. Spicil. n. 15¹.

ad K. 44 n. 1: paene und prope werden stets nur mit dem indic. verbunden (Z. 520): rapt. I 42 sqq. *paene iterum rupissent elementa fidem penitusque reuulso carcere pubes Titania uidisset caeleste iubar*.

ad K. 220, 4 (Z. 522): siue . . siue . . c. c. o. n. i. Stil. III pr. 7 sqq. *seu (Scipio) subderet Hispanum Oceanum, seu inferret Libyco signa tremenda mari, haerebat doctus lateri Ennius*; item Fronto ep. ad M. Ant. I 6, ib. 8, Veg. mil. I 4: siue equitem, siue peditem sagittarium uelis imbuere, III 8 (bis), 11, Sidon. saepe, ut ep. VIII, 6: de Vitruuio siue Columella, seu alterutrum ambosue sectere, decentissime facis, V 8, IX 9, Instit. imp. Iust. I 11, 1 et saep.

ad K. 227, 2 (Z. 552^b): indic. in interr. suspensa Gild. 68 *pauido melimur caerula uoto, puppis si qua uenit . .*, 493, Mall. Th. 96; cf. Capit. Pert. 5: qualis imperator es futurus, hinc intellegimus, quod . ., Aur. ap. Vop. Aur. 26, 4, Amm., ut XIV 6, 14: anxia deliberatione tractatur, an exceptis iis, quibus uicissitudo debetur, peregrinum inuitari conueniet, Oros. VII 28: qualis tunc persecutores illos finis mansit, expediam al.

ad K. 182, 9 (Z. 569), cl. Melett. lexistor. (Dorp. 1875) p. 36—38: c. o. n. i. (praet.) in enunt. relatiua iteratiue: In Ruf. I 187 sq. *cuicumque . . praedia culta fuissent, Rufino populandus erat*, III cons. 181, Stil. I 47, 170, II 301 sq., Gild. 56 *Memphis si forte negasset, pensabam Pharium Gaetulis messibus annum* (Stil. III 195 sq. *caesulant auidi, quocumque decorus conspiciare loco*); — Capit. Ant. P. 7: balneum, quo usus fuisset, sine mercede populo exhibuit, M. Ant. 20, 5, Lampr. Hel. 29, 6, 27, 4 (quot), Comm. 14, 6, Vulc. Au. Cass. 4, 2, Spart. Geta. 7, 5 (quotiens), Eutr. hist. X 15, Vict. epit. 20, — Capit. Pert. 12: quot-quot essent amici, nouem libras carnis per tres missus ponebat, Maximin. 29: fecit et spatas . . aureas, et omnino quidquid eius pulchritudinem posset inuare, Pacat. paneg. Theod. 37, 3, — Lampr. Alex. 46: si quos sciret uel nihil petisse uel non multum, . . uocabat eos et dicebat: . . cur nihil petis? 18, 1, 29, 2, 4, 5, 46, 3, 47, 3, 51, 6, Comm. 10, 3, Hel. 4, 3, 28, 6, 29, 7, Spart. Hadr. 18, 5, Vop. Firm. 4, 4 (sed c. ind. Sp. Geta 5, 2, Car. 5, 7), Pacat. Theod. 9, 4, 21, 4, 32, 5, Amm. XXI, 16, 8 et 9, — Lampr. Al. 45: ubi aliquos uoluisset . . rectores prouinciis dare . . , nomina

¹ Exemplis nunc addimus Ammiani XVIII 3, 6: *Barbatio . . et, dum domesticos protectores sub Gallo regeret Caesare, proditor erat, et post eius excessum . . in Iulianum paria confingebat*, XVII 13, 27: *persultabat Illyricum furor hostilis, dum Italos tueremur et Gallos*, ib. 23, XV 8, 10, XVIII 6, 9 et 10, 8, 6 (sed ib. 7 quae dum aguntur, — et ita saep.), ib. 11, XIX 12, 2, XX 6, 1, ib. 11, 12, XXVII 4, 10, XXVIII 1, 7, ib. 4, 9, XXIX 1, 11, XXX 5, 17, ib. 7, 5, — Tert. adu. Iud. 9: *dum Moysi successor destinaretur, Ausus . . incipit uocari Iesus*, chrono-ogr. Momms. 640, 20: *dum obsideretur ab allophylis*, 641, 22.

eorum proponebat, Treb. trig. 9: Gallienus ut erat . . ubi necessitas coegisset, uelox, fortis, Amm. XXV 4, 5, — Spart. Hadr. 22: ipse, cum in Italia esset, semper togatus processit, 8, 6, 17, 4, 18, 1, Capit. M. Ant. 11, 6, Pert. 12, 7, Lampr. Al. 34, 6, 7, 40, 9, 43, 5 al., Amm. XXI 16, 6: somno contentus exiguo, cum id posceret tempus et ratio.

ad K. 139, 5 (Z. 571): rapt. III 197 *acies utinam uesana Gigantum hanc dederit cladem, . . sed diuiae . . sorores in nostras coniurauere ruinas* (regul. Gild. 108).

ad K. 221, 4 (Z. 574 not.): quamuis c. indic., ut p interdum solentque pA, VI cons. 538 *quamuis* (aer) *assiduo noctem foedauerat imbre* al., saepius tamen c. coni., ut u. c. In Ruf. II 118.

ad K. 33, 10 (Z. 590): infin. perf. freq. pro inf. praes., sed interdum irrat. h. e. non = inf. aor., ut In Eutr. II 372 *festis illae lusis diebus orant et positis aequaeuas uisere pensis*, Mall. Theod. 312, Get. 224, etiam VI cons. 465, in Ruf. II 267; cf. Pacat. Theod. 40: an ego dubitauerim . . dixisse.

ad K. 123 (Z. 597): infin., quasi nomen subst., obiectiue c. uerbo transit. constr. IV cons. 282 *non extorquebis amari*, in Eutr. II 306 *ignorare fingit*, VI cons. 301 *dum parcere fingit*, 'M. Th. 46': clauum subit torquere, Stat., cf. Tert. praescr. haer. 2: dum sunt (haereses), habent posse, et, dum possunt, habent esse.

ad K. 125, d (Z. 598): infin. cum adiectiuis constr. exempla sunt notabiliora In Eutr. I 86 *non blandior ullus euntis ancillae tetigisse latus* . . , Hor., Stat., ib. 89, *nec fraude reperta cautior elusi fremitus uitare mariti*, Hor., fesc. 1, 2 *certior Parthis sagittas tendere*, ppA, Mall. Theod. 241 sq. *praedurus iniquas accepisse preces*, Hor., in Eutr. I 363 *lenis facilisque moueri supplicibus*, Prop., all. p, 'IV cons. 514' nullo leuis terrore moueri, Hor., saep. Sil., in Eutr. I 64 *maturus emi*, 'nupt. 38' mater rogari mollior, Ou., IV cons. 529 *arcus iussum mentiri nescius ictum*, Verg. et p, Stil. I 65 *quis Stilichone prior ferro penetrare leones?*

ad K. 124, 1, b et n. 1 (Z. 613 sq.): certare c. inf. rapt. II 196 reuerti, Enn., Verg., pA, negare c. inf. In Eutr. II pr. 44 *te nunc amare negat*, Gild. 273, in Ruf. II 8 *pollutae negant are-scere fauces*, rapt. II 179 *cum mersa negarent arua coli*, c. inf. pass. et in Ruf. II 223 (cf. III cons. 80: iam negat imbelles epulas, — mentiri IV cons. 529 al.); — hoc agere c. inf. Stil. III 189 *quis princeps hoc omnibus egit obsequiis, dominum sese patremque uocari?* Cf. Amm. XV 5, 19: diligens opera nauabatur Siluanum exstingui, Lampr. Alex. 27: in animo habuit omnibus, officii genus uestimenti proprium dare (habere in animo, ut ib. 24, 4, 43, 4, Vop. Prob. 6, 7).

ad K. 124, n. 2 et 186, 4 (Z. 615—18): petere c. inf. rapt. III 300 *scire peto quae forma mali*¹), Gild. 142 *mergi peto*, Mall. Th. 3,

¹ Omissione uerbi etiam in enuntiationibus suspensis frequenti ap. nostrum, ut Ol. et Pr. 211: erectis auribus haesit, unde repentinus

Verg., *Ou.*, *Sil.* III 19, *Stat.*; — *illicere Stil.* II 42 *nec fastidire priorem illicitus*; — de *praecipere c. inf. sup. IV*, etiam *imperare c. inf. Claudianus quoque In Ruf. II 229*.

ad K. 192, 2, f (Z. 629 not.): quod (c. conii maxime) pro acc. et inf.: *Stil.* II 130 cum cernat uterque, quod nec inops iaceat probitas, nec inertia surgat diuitiis, in *Ruf. II 73*. Hac de abusione cf. quae dedit Draeger *Hist. Synt. d. lat. Spr.* II § 379, quorum ex parte in supplementum adscripsimus haec: *Petronii*, qui semper indic. habet, locis add. 46: dixi, quod mustella comedit (cardeles), — III sec. add. *Solin.* 2, 43: idem quod resistat fulminibus affirmat, 32, 10, 16, 7, 23, 1, 91, c. ind. 1, 76, *Tertull. adu. Iud.* 13: unde manifestum est quod ciuitas simul eo tempore exterrinari deberet, cum . . . , ib. inf., ib. 1, 2, 3, 4 in., an. 43, 46, 57, *idol.* 13, *ad mart.* 4, ap. 7 al., omnibus quos uidi locis c. conii. (sed quia = quod — cf. *Spicil. n.* 19 — c. ind., ut uirg. uel. 17), *Cyprian. saep. c. conii.*, ut ep. 27 ut declararetis, quod stet nobiscum uestra sententia, interdum c. ind., ut ep. 36, 3: certi sumus, quod amabunt, *dom. or.* 22, *Arnob. V 42*, VII 8 c. conii.; — *scriptt. hist. Aug.*: amplius quinquaginta exempla notauimus, incertus an omnia, in quibus quatuor ostendunt indicatiuum, ut *Cap. Macr.* 10: sciendum quod Caesar fuisse dicitur, non Augustus *Dia- dumenus puer, Vop. Prob.* 18, 7, *Valer. ap. Treb. trig.* 3, *Spart. Seu.* 11; ceteris locis conii. est, ut *Spart. Seu.* 1: ignarus, quod non liceret, *Capit. Macr.* 3: credentibus cunctis, quod octo annis Antoninus imperaturus esset, *M. Ant. ap. Vulc. Cass.* 9: Verus mihi de *Auidio* uerum scripserat, quod cuperet imperare, *Lampr. Hel.* 21: uiso, quod unus bibisset, *Treb. Gall.* 17: ubi de patre comperit, quod captus esset, *Vop. Aur.* 2: asserente *Tiberiano*, quod *Pollio* multa incuriose prodidisset; — *Lact.*, affirmante *Dräg.*, saep., semel c. ind.; — *Firm. math.* II 15: sciendum est, quod . . . resistere sola non possit, I 2, 3, II 8, 22, 33, III pr. al. (conii.), *Firm. err. gent. p.* 1 *Burs.*, 28, 43 al.; — *Itin. Alex.* 10 (conii.); — *Ammian. saepe c. conii.*, ut XXII 2, 1: addentes, quod eum (*Constantius*) uoce suprema successorem fecerit, XX 7, 7: accepta fide, quod redire permetteretur, XIX 1, 4, ib. 11, 13, XX 9, 9, XXII 6, 3 XXIX 6, 3, XXX 2, 4 et 4, 2 al., sed saepius c. ind., ut XXIII 6, 24: fertur, quod milites fanum scrutantes inuenere foramen angustum, XIX 9, 5 accepta fide, quod . . . sequetur, XIV 7, 11, XV 5, 6, 7, ib. 1, 4, XVIII, 6, 16, XIX 11, 2, XX 2, 4, ib. 7, 9, ib. 8, 10, XXIX 3, 7, XXX 1, 22, ib. 5, 17, ib. 8, 1, 2 et 8 (ap. *Vict.*, in *Caess.* certe, exempla non uidentur extare, *Entr. unum affert Dr.*); — *Ambros. Hexaem. saepe*, ut e. c. I 10, 37: contendunt probare, quod aliud caelum esse non possit, nec pati naturam, ut . . . usque c. conii., item *Augustin.*, ut *serm. mont.* I 16, 50: uehementer affirmans, quod

caeli fragor, *rapt.* III 137: haec ubi, digreditur templis, in *Ruf. II 169*, ib. I 75 sq., IV cons. 325 sqq., 396, *Gild.* 261, — maxime copulae participii, ut *Get.* 161 sq.: deficiamus queruli, si bos abductus aratro, si libata seges, ib. 88, VI cons. 657, in *Ruf. II 450*, *rapt.* I 96, *nupt.* 97 al.

. . occideretur, Ciu. D. V 12, uer. rel. 32, gen. ad lit. IV 33, 52 s. f., Oros. VII 25, Salu. gub. D. I 6 al., Sulp. Seu., ut u. Mart. 16, 4, dial. I 22, 2, Ian. Nepot. 8, 9, 10, 9, 9, Sidon., ut ep. I 11 audio quod satiram scribas, 2, II 5, 8, V 1, Claud. Mamert. an. II 7, 3: persuadere mihi non possum, quod huius anima corporea fuerit, I 3, 12, 18, 21, II 10 (semel c. ind. I 13), Macrob., ut Sat. V 19, 1, II 4, 25 (etiam c. ind., sed fere praecedente 'hoc', ut Comm. I 20, 18), Marc. Emp. 248, 268 D, Cass. Fel. 43 p. 106 (de Coel. Aur. cf. Spicil. l. l.).

ad K. 132 (Z. 659): genit. gerund. constr. cum adiectiuis relatiuis quidem, sed insolentius Mall. Theod. 226 sq. *nocendi pro-digus*, in Eutr. II 341 *docilis saltandi* (docilis c. gen. subst. Hor.), cum adiectiuis, quae genit. adsciscere non solent: in Ruf. II 400 *audendi promior*, cum substantiuis, quae non sunt aut uix habenda pro relatiuis: nupt. 328 *non ulla nocendi tela*, in Eutr. II 327 *quibus est insignis edendi gloria*, Stil. II 298 *pellendi nulla dedecoris oracula*; — item plus minus insolenter Tert. an. 38 (concupiscentia) exinde scabida etiam in ceteras culpas et delinquendi (sc. culpas) non naturales, pat. 1 constantiam commonendi propriae conuersationis auctoritate dirigere, ib. inf. uti pudor non exhibendi quod aliis suggestum imus exhibendi fiat magisterium, Vop. Procul. 13 nunquam aliter quam latrocinandi (gen. defn.) pugnans modo, Amm. XVII 13, 28 inter discursus et repugnandi minaces anhelitus, XXVII 5, 9 timenda execratione iurandi se esse obstrictum.

ad K. 135 (Z. 667): abl. gerund. insolenter Stil. II 111 *semper habendo plus sitiens* (i. e. plus eo, quod ab ea habebatur¹), constr. c. adi. min. XIX 87 *tumidus regendo* (celsa per famulas acies dici-one superbit).

ad K. 225, n. 6 (Z. 690 not.): quam pro magis (potius) quam: in Eutr. II 206 *concesso cupit uixisse colonus, quam dominus raptus*, Gild. 188 *tormenta flammae profuit ferre, quam tales audire choros*; — Plaut. Rud. 684 al., Nep. Dat. 8, 1, Liu. e. c. III 40, 2 (Weissenborn. ad l.), Curt., Tac. saep. e. c. Germ. 6, 7 (cf. Böttcheri Lex. Tac. p. 39), Val. Fl. VII 428, Gell., Fronto ep. ad M. Caes. IV 13: iudicem se quam oratorem uult laudari, Iustin. VI 1, 5: ut differant bella quam gerant, App. Flor. III 16, 69, Minuc. 5, Tert. ad natt. I 4: mirari quam assequi norunt al. (Oehl. ad uirg. uel. 17), Cypr. ep. 36, 1: ut pacem sibi non appetent, quam uindicarent al. (cf. ind. edit. Hartel.), Arn. I 57 al., Lact. inst. II 7, 1 al. (Bünem. ad I 3, 7), M. Ant. ap. Vulc. Cass. 2: si rei p. expedit Cassium uiuere quam liberos Marci, Lampr. Al. 11: uos ipsi magnifici unum me de uobis esse censete, quam Magni nomen ingerite, Amm. XXX 2, 4: imperator eligere consilia quam inuenire sufficiens, XVII 12, 19, XX 7, 18, XXVII 3, 4, XXVIII 4, 17, Sulp. Seu. dial. I 27, 8.

Reualiae.

C. Paucker.

¹ Siquidem participia pass. -ndus finita proprie sunt praesentis (HA p. 85).